



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CCLXXXIII. Burchard von Berge, Vicar des Bischofes Ulrich von Verden,
gestattet dem Vicar in der Marienkirche zu Salzwedel, Hoyer Chüden, ein
Haus in Perwer zu veräußern, am 11. März 1408.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

CCLXXXIII. Burchard von Berge, Vicar des Bischofes Ulrich von Verden, gestattet dem Vicar in der Marienkirche zu Salzwedel, Hoyer Chuden, ein Haus in Perwer zu veräußern, am 11. März 1408.

Borchardus de Monte, Reuerendi in cristo patris et domini, domini vlrici, electi verdenfis, vicarius in Spiritualibus generalis, vniuersis et singulis, ad quos presentes nostre litere peruenerint, Salutem in domino sempiternam. Constitutus in presencia nostra honorabilis dominus hoygerus de Chuden, presbiter, perpetuus vicarius ecclesie sancte Marie virginis in Soltwedel, verdenfis diocesis, nobis insinuari curauit, quod cum ipse pro bono et commodo suo et dicte sue vicarie quamdam Curiam seu domum, in villa prope Soltwedel, nomine perwer, sitam, ad prefatam vicariam suam spectantem vendere et alia bona meliora, dicto suo beneficio magis conueniencia, reemere et comparare ac in locum prelibate domus vendite deputare et assignare proponat, nec id sibi liceat sine nostra licentia speciali, nobis humiliter supplicauit, quatenus sibi ad premissa consensum nostrum adhibere dignemur. Nos autem huiusmodi supplicationibus inclinati, vt prenomatus hoygerus dominus predictam domum siue Curiam vendere et cum pecunia ex ipsa vendicione proueniente alia bona dicto suo beneficio magis apta reemere et ad id perpetuo permanenda assignare et deputare valeat, auctoritate ordinaria sibi fauorabiliter indulgemus. Que quidem bona postquam, sicut premittitur, empta et dicte vicarie assignata fuerint, sub protectionem recipimus ecclesiastice libertatis, ihibentes districtius sub excommunicationis pena, ne quis de premissis bonis ausu temerario se quolibet intromittere presumat, si dictas excommunicationis sententias ac alias censuras ecclesiasticas voluerit euitare. Datum Soltwedel, Anno domini M^o CCCC^o VIII, in profesto beati Gregorii pape, vicariatus nostri sub Sigillo presentibus appenso.

Nach dem Originale im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 25, No. 23.

CCLXXXIV. Bischof Johann, Vicar des Bischofes Ulrich von Verden, verschreibt den Verehren zweier Kreuzfixe der Marienkirche zu Salzwedel einen Ablass, am 22. Juli 1408.

Nos Johannes, dei et apostolice sedis gratia Episcopus Samastensis, Reuerendj in cristo patris et dominj vlrici, Electi verdenfis vicarius in pontificalibus, Vniuersis et singulis cristifidelibus Salutem in domino sempiternam. Deuotarum mencium diuinj facula amoris accensarum pius nos inducit affectus, ut pijs earum desiderijs annuamus et amplioris diuini cultus honorisque sanctorum deuotionis humilium causam et materiam ministrare pie cupiamus. Hinc est, quod quorundam in cristo nobis dilectorum jntemerate, dei genitricis marie ac aliorum sanctorum, quorum est in conspectu domini mors preciosa, et specialiter eorum, quorum reliquie in ymagine domini nostri ihesu cristi, prout cum sanguinis sudatili et lacrimarum lamentabili effusione, Sicuti ewangelica narrat hystoria, orauit ad patrem suum, in cymiterio beate marie virginis in Soltwedel juxta chorum ad partem aquilonis situate, salubriter sunt recondite, Ac eciam in ymagine crucifixi domini nostri, que omnj anno in memoria passionis, refurrexionis et ascensionis eiusdem peragendam